



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Theologia Moralis Universa, Complectens Omnia Morum Præcepta, Et Principia Decisionis Omnium Conscientiæ Casuum, Suis Quæque Momentis Stabilita**

Ad usum Parochorum, & Confessariorum

Continens Tractatus de Conscientia, de Legibus, de Peccatis, de Virtutibus  
Theologicis, de Religione, & Beneficiis. Adjunctis in hac editione  
Propositionibus ad hanc usque proscriptis

**Antoine, Paul-Gabriel**

**Ingolstadii, 1734**

**VD18 90392140**

Q. 7. Quænam sunt peccata Luxuriæ non consummatæ?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40986**

rem venialis culpa, si hoc ex mera curiositate fiat, seclusis delectatione venerea, & periculo consensûs in rem cogitatam, & affectu in ipsam: quæ tamen omnia raro absunt in cogitante de his rebus absque fine honesto; nam hæc materia est valde lubrica, & periculosa.

*Q. 7. Quanam sunt peccata Luxuria non consummata?*

*Resp.* Sunt desideria, delectatio morosa venerea, aspectus, amplexus, & tactus impudici, oscula, verba obscœna, gestus turpes &c. sine effusione seminis. Jam censet ex dictis Cap. 6. desiderium simplex, etsi inefficax actûs luxuriosi habere malitiam mortalem ejusdem speciei: sic desiderium simplex copulæ cum conjugata, vel consanguinea habet malitiam adulterii, vel incestûs, nunc de cæteris agam.

*Q. 8. An delectatio morosa venerea extra conjugium est mortalis?*

*Not. 1.* Delectatio morosa est delectatio deliberata, sive delectatio post sufficientem advertentiam admissa, seu approbata, etsi unico instanti. Dicitur enim morosa, non à mora temporis, quo durat, cum peccatum mortale unico instanti committi possit; sed voluntatis, quæ post advertentiam